Q. F. F. S.

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE IMPENSIS IN REM ALIENAM A. B. ET M. F. POSSESSORE FACTIS,

quam

SUB PRÆSIDIO

VIRI MAGNIF. ET EXCELLENTISSIMI DOMINI,

DN. PETRI MASCOVII,

isprudentiæ Doctoris & Prof. Ord. Conſummatiſſimi,
Conſiſtorii Regii per Pomeraniam & Rugiam Directoris
Graviſſimi,

Patroni ſui in paucis,

PRO LICENTIA

mmos in utroq; jure honores obtinendi

publico examini ſubmittit

OH. ADAM BENEKENDORF
Arenswaldia March.

ROMA

GRYPHISWALDIÆ,
Typis DANIELIS BENJAMINIS Starckens/
Reg. Academ. Typogr. 1672.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOn ad pompam & oſtentandi animo Diſſertationem hanc ſuſcipio conſcribendam. Inſpiret aliis inconſulta vanitas conſilia ſuperba, qvi ſibi titulos parturientes caput frontemqve & primam Diſſertationis faciem, cum purpura ornare non poſſint, Rubro tamen rariori, & inſolenti non minus qvam inſolito tituli colore adſpergere Præfatio.
nt. Ego nulla inflatus mei fiducia, ſed paupertate ſterilis
nii timidus juxta atqve contentus non fingam inauditos titu-
ne Tractatio ipſa, qvo magis Rubro diſſimilis eo magis mecum
eſcat. Non placet munire ſententias ſingulas Doctorum
ine, ne omnes ſive inermes, ſive fidei levis videar exiſti-
e. Interdum nullos autores vocabo in partes, ubi clara
tas omnem obſcurat autoritatem. Qvi enim nunqvam
ta ab omnibus credita celebrium virorum cumulatis calculis
npeſtive confirmare volunt, è vivis beſtias, è mortuorum
ris Deos faciunt. Non molior deniq; inconditi molem ope-
qvi documentum debeo dare, non qvantum manu calamoq;
am, ſed qvam parce dicta copioſe dicendo poſſim adverſus
qvi adverſarios ſe ſimulabunt, vindicare. His mate-
diſſentiendi ſuppeditaſſe ſatis eſt. Qvod ubi brevi de
enſis diſcurſu perfecero, acqvieſcam.

Digitized by Google

Thes. I.

Omittitur Onomatologia.

OBſcuros vocum inqvirere natales & circa rerum nomina communia pluribus anxia ſolicitudine laborare, tum demum opus eſt JCto ubi vel ex vocabuli radice utile pro principali cauſa naſci argumentum, aut cognatio & ſimilitudo verborum perplexa æqvivocatione & grammatica qvaſi fraude nobis imponere poteſt. Qvod ut impræſens neqvit contingere, ſiqvidem ipſa tractatio, qvid per impenſas, qvid per poſſeſſorem intelligamus, ſatis declarat, ſi hic de ſtirpe & affinitate terminorum prolixe præfari ſuſtinerem, opera mea in rem alienam ne qvidem bona fide impenderetur.

Thes. II.

Definit. impenſ. & brevis diviſ.

Eqvidem deſcribuntur impenſæ, qvod ſint ſumtus vel in rem ipſam qvæ petitur, vel litem judiciariam factæ: Strauch. *ad jus univ. Diſſ. 18. Aphor. 1.* De poſterioribus judiciariis ſcil. ſecuri impræſens, priores illas, qvibus tantum vacabimus, ſtatim iterum diſpeſcimus in eas, qvæ ſunt fructuum & qvæ ipſius rei. Illæ ſunt, qvæ fiunt in rem alienam fructuum qværendorum aut colligendorum conſervandorumq; gratia *l. 36. §. 5. ff. de hered. pet. & l. 46. ff. de Uſur.* Harum ſolennis tritaqve eſt diſtributio in neceſſarias, utiles & voluptarias: nam qvi qvartam ſpeciem delicatarum adjiciunt, entia præter neceſſitatem & utilitatem videntur cumulare. vid. *l. 1. pr. ff. de impenſ. in rem dot. l. 79. ff. de V. Sig.*

Thes. III.

Digitized by Google

Neceſſariæ impenſæ vocantur, qvæ ſi factæ non Neceſſariæ
int, res peritura aut deterior futura fuiſſet *l. 79. ff. d.*
. S. Exempla ſuppeditat Meyer. *Coll. Argent. Tit. de*
mpenſis in rem dot. §. 2. & hæ revera differunt ab utibus, non obſtante *l. 38. & 39. ff. de hered. pet.* Qvamis enim Cajus utiles neceſſariasqve impenſas ibidem
onjungat, ſine ſtudio tamen confundendi res diver-
s conjunxit, & paulo negligentius craſſiusqve
cutus omnino differentiam illarum ſalvam voluit
erpetuamq; *Gædd. ad pr. d. l. §. 3.* Aliter Bachov. *ad*
eutler. qvi negat Cajum incurioſum & rei minus
tentum fuiſſe, ſed recte ſane in his textibus utiles
ceſſariasq; impenſas conjungi, qvia in hoc puncto
n differant inter ſe b. & m. f. poſſeſſor, qvoniam
penſæ tales rem faciant meliorem, qvod habet *Vol. 1.*
p. 14. th. 19. lit. C. Ceterum illæ non tantum neceſ-
iæ impenſæ appellandæ ſunt, qvæ rei ſubſtantiam
vam atqve integram præſtant, ſed tales qvoqve
i merentur juxta Alciatum, qvæ ex conſvetudine
ionis ſine dedecore omitti non poſſunt, cum nihil
n noſtram reddat deteriorem, qvam dedecus &
probrium. arg. *l. 4. de impenſ. in rem dot. & l. 8. qvod*
us cauſa. DD. ad l. 79. ff. de V. S. An autem impenſæ
neceſſariæ, an ſecus, ex fine & uſu dijudicandum,
ex re in qvam fiunt. Sic impenſæ in refectio-
n & conſervationem neceſſariam geſtationum,
mbulationum aliarumqve rerum voluptati inſer-
ntium factæ ad neceſſariarum claſſem pertinent,
a illis definitio talium, qvam ſana ſuggerit philo-
hia competit, licet ipſe geſtiones & deambulatio-
primum adornatæ alio, qvam voluptuariarum

 loco

Digitized by Google

loco haberi non poſſint. Qvod multo magis obtinet, qvando aliqvid in res utiles neceſſario impenſum. Goed. *d. l. vid. l. 7. §. f. ff. ſolut. matr. l. 1. §. 1. ff. impenſ. in rem. dol. cum. l. 79. ff. ſæpe cit.*

Thes. IV.

Utiles. Utiles impenſæ ſunt, qvibus res carere potuit, qvæ tamen factæ fructum augent: vel utiles impenſæ, ut eas deſcribit JCtus Fulcinius, ſunt, qvæ meliorem rem faciunt nec deteriorem eſſe non ſinunt. *l. 79. §. 1. ff. de V. S.* in qva deſcriptione altera negatio delenda non eſt, ut nonnulli putant, qvia ſic nulla differentia foret inter neceſſarias & utiles impenſas Schilter *ad dict. l. 79.* & alii. Verum cum impenſæ in rem voluptuariam neceſſario collatæ neceſſariarum qvoq; naturam & nomen ſortiantur, qværi poteſt, annon, qvod in res illius generis erogatur, utilibus impenſis qvandoqve poſſit accenſeri. Qvod qvidem negari poſſe videtur. Qvia enim res ſoli oblectationi dedicatæ perire vel deteriores fieri qveunt, objectum qvoqve eſſe poſſunt neceſſariarum impenſarum, qvæ ibi ſaltem locum inveniunt, ubi res ab interitu vel detrimento ſervari poteſt. Atqvi vero voluptati & deliciis pretium & valor lege civili nullibi definitus eſt. Qvod ſi itaq; multis impenſis rerum voluptuariarum amœnitates qvis augeret, in jure tamen non haberetur pro eo, qvi plus nunc habeat & patrimonium ſuum aliqvo accedente fructu locupletaverit. Dicendum tamen, qvod utiqve impenſæ in rem voluptuariam factæ degenerare poſſint in utiles: Qvamvis enim leges voluptati æſtimationem per ſe non impoſuerint, qvia tamen res voluptati inſervientes locari, vendi permittunt, pretium qvoqve de qvo inter

partes

Digitized by Google

ırtes convenit approbant qvod pro conditione rei ıluptuariæ majus & minus eſſe poteſt, ſeqvitur, ·od ita utilitas rerum talium factis impenſis vel ıisſis creſcere & decreſcere posſit. Et ſi e. g. in :turas, qvibus cœnaculum exornatur, qvod carius ıc locari ſolet, impenſæ fiant, qvoniam ita rei fru- ıs augetur, utilibus hæ impenſæ accenſendæ erunt]. Thomaſ. ad Strauch. *Diſp. 18. Th. 4.* add. *l. 10. ff. impenſ. in rem dot.*

Thes. V.

Voluptuariæ deniqve impenſæ ſunt qvæ ſine uti- ·te rem tantum exornant, non etiam fructum au- ıt, ut ſunt viridaria, aqvæ ſalientes, incruſtationes ications &c. *l. 79. V. S.* Voluptuariæ.

Thes. VI.

Per poſſeſſorem porro, cujus Diſſertationis titu- meminit, omisſis difficultatibus, qvæ hic moveri ſent, intelligimus illum, qvi rem alienam ſingula- ı tenet cum adfectione & animo habendi, qvem]. vel b. vel m. f. poſſeſſorem diximus. Bonæ fidei ſeſſor eſt, qvi non habet ſcientiam rei alienæ, ſed ı animo & opinione Domini posſidet, qvo nomine lle venit qvi in jure errat Gœd. *ad l. 109. ff. de V. S. & ſeqq.* qvi qvamvis uſucapere non posſit *l. 31. ff. Uſurp. & Uſuc.* lege impediente uſucapionem, nihil en obſtat, qvo minus ratione impenſarum jure poſſeſſoris uti posſit, cum ſoli ſcienti culpa impu- posſit per *ʃʃ. 30. J. de Rer. Div.* Et ita facile patet, ı hoc loco dicatur malæ f. poſſeſſor, ſcil. qvi ſcit, alienam eſſe, interim tamen lucrifaciendi animo & qvodammodo animo Domini posſidet, non autem ıione Dominii, qvia ſcit ſe Dominum non eſſe. De poſſeſſore b. & m. f.

Digitized by Google

Et cum caput qvaſi Diſſertationis in eo ſit, ut, qvomodo poſſeſſores impenſas ſaltem ſalvos habere posſint, tradamus, intereſt pauca præmittere de remediis, qvibus conſulere ſibi contra petitorem posſint. Et qvidem (1) ſervantur impenſæ per deductionem, qvæ fit Retentione rei, donec impenſæ præſtentur, oppoſita exceptione doli, qvod dolo faciat, qvi rem ſibi reſtitui nec tamen expenſas præſtare velit Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Diſp. 20. th. 6. lit. B.* (2) ſervantur impenſæ per ablationem & ſeparationem ejus, qvod impenſum eſt *§. 30. J. de Rer. D. l. 39. f. ff. de pet. her. l. 38. ff. de. R. Vind. l. 5. f. C. eod.* Qvæ duo tamen multum inter ſe differunt. Deductionis enim hæc eſt poteſtas ut non niſi prius refuſis expenſis rem ſuam Dominus conſeqvi posſit. At ſola ſeparandi detrahendiqve facultas, reſtitutionem non remoratur. vid. Fibig. *in Coll. leg. publ. Exercit. 4. qv. 6.* Harpr. *ad §. ex diverſo 30. J. de R. Div. n. 42.* Addunt nonnulli Officium judicis, qvo ſcil. b. f. poſſeſſor omiſſa exceptione doli mali impenſas in rem alienam proprio nomine factas conſeqvatur *l. 38. ff. de petit. hered.* Wiſſenb. *1. Diſp. 18. ad ff. th. 21. in pr.* & malæ fidei poſſeſſorem impenſas non niſi OFFICIO JUDICIS conſeqvi poſſe Sichard. *ad l. 5. C. de R. Vind. n. 8. verſ. aut eſt malæ f. poſſeſſor.* & conſeqventer exceptionem doli mali & Officium judicis diſtincta eſſe remedia Wiſſenb. *d. l.* qvod tamen aliis & cumprimis Donello *20. Comm. 7.* diſplicet, qvi hæc duo conjunctim accipit, ut judex doli exceptionem ſecutus poſſeſſorem conventum non niſi ſumptibus æſtimatis reſtitutis ad reſtitutionem rei condemnare debeat, qvo facit. *l. 48. ff. de R. Vind.* Qvod qvidem

Umm.

Digitized by Google

llmm. improbare non videtur *Diſp. Proc. 22. th. 2. n. 9. & th. 3. n. 12.* dum à Donelli ſententia diſcedere noluit, qvando ſcil. b. f. poſſeſſorem ſumtus exceptione doli oppoſita per officium judicis ſervare admittit. Qvorum nunc ſententia præferenda in conflictu videbim9.

Thes. VIII.

His præmiſſis principali negotio qvod ſuſcepimus ccingimur prolixius indicaturi qvomodo poſſeſſores npenſas in rem alienam factas conſeqvantur. Qvia utem impenſæ non unius ſunt generis neqve poſſeſſorum, qvi eas faciunt, eadem qvalitas & conditio, ide eſt qvod qvoqve non eodem modo ſerventur. lio enim hoc caſu jure utitur, qvi bonam fidem prætendit, aliam fortunam experitur in judicio, qvi mala de laborat, aliqvando tamen pro diverſitate impenſarum eodem jure fruuntur. Qvod enim attinet impenſ fructuum, ſive qværendorum, ſive cogendorum, ve conſervandorum eorum cauſa factæ ſint deduci oſſunt non ſolum à bonæ f., ſed & m. f. poſſeſſore, qvia fructus non intelliguntur niſi qvi deductis impenſuperſunt, adeo ut nullus caſus intervenire posſit i hoc genus deductionis impediat uti loqvitur Julias JCtus *in l. 51. pr. ff. famil. herciſc. l. 36. §. ult. ff. de petend. ed. l. 7. ff. ſolut. matr.* Garſias *de Expenſ. & melior. c. 1. 1. ſeq.* G. Frantk. *Ex. 4. qv. 6. n. 4.* Neqve refert an ſſeſſor de ſuo erogaverit, an propriis manibus ipſe uerit, ſeverit, ſepſerit, fructusqve collegerit, num ctus jam percepti ſint an adhuc in fundo pendeant. rſias *d. l.* Obrecht. *Diſp. 12. ad l. 5. C. de J. Vind. th. 138.* Impenſ. fruct.

Modo contra malæ f. poſſeſſorem principaliter itur de reſtitutione fructuum. Nam ſi Dominus um, qvem malæ f. poſſeſſor, ſuis ſumtibus conſevit,

vindi-

vindicat, huic jus deducendi impenſas fructuum nomine in culturam agri factas non conceditur *per l. 11. C. de R. Vind. & §. 32. J. de R. D.* Iſti enim ſumtus cenſentur impenſi in ipſum agrum, qvos, cum modo utiles ſint, malæ f. poſſeſſor non deducit & non amplius ſemen, qvod ſolo injectum eſt, inſpicitur ſed ſolum in qvod injectum eſt Vinn. *ad d. §. 32.* Diximus, qvod nullus caſus intervenire qveat, qvi hoc genus deductionis impediat. Obiter tamen triplicem Regulæ hujus ſubjiciam exceptionem. Primo (1) fallit in furibus, raptoribus, aliisqve violentis invaſoribus ex *l. 27. §. 25. ff. ad L. Aqvil.* idq; non tantum ob odium fuerum juxta *Wiſſenb. 2. Diſp. ad ff. 18. th. 21.* ſed & qvod impenſæ in fructus rerum furto ablatarum factæ donatæ præſumantur. (2) in tributis & decimis prædialibus, qvæ ſolvi debent ſine deductione ſeminis aut ſumtuum, utpote, qvæ ab omni impenſarum deductione liberæ ſunt & qvidem non modo ob favorem Religionis, ſed & rationem adductam à Pontifice in *C. 26. X. de decimis.* Struv. *Synt. J. C. Exerc. XI. th. 30.* Qvod & hodie in decimis qvæ laicis debentur, obtinet. Müller ad Struv. *cit. l. lit. C. th. 15.* (3) in Colono partiario, qvi non deductis impenſis, partem fructuum, de qva ipſi cum Domino convenit, ſolvere tenetur. Lauterb. *in Diſp. de Colon. partiar. th. 14. 15.*

THES. IX.

In impenſis rerum recuperandis melior cauſa eſt regulariter Bonæ f. poſſeſſoris, & hic in præſenti tractatione prior loco erit ſepoſito pauliſper m. f. poſſeſſore.

THES. X.

Neceſſarias itaqve impenſas b. f. poſſeſſor ſervat per deductionem *l. 48. ff. d. R. V. l. 5. C. eod.* Ratio in famo-

ſis LL.

Digitized by Google

s LL. *l. 14. ff. de condict. indeb. l. 106. de R. J. l. 38. de her.* *t. u. l. 74. ff. de R. J.* Hoc nullum dubium habet, ſi ès adhuc extet, ſed qværitur, an id qvoq; liceat, ſi :s in qvam factæ jam perierit? Videtur affirmare rantzk. *tit. de R. V. n. 87.* & cum eo Hahn. ad Weſenb. *t. eod. n. 7.* Contrarium autem verius eſt (1) qvia b. f. oſſeſſor illas ſibi tantum ſervare poteſt per retentio- em. Vinn. *l. 1. Select. Qv. Cap. 24.* Ubi verò res ipſa, qvam neceſſarii ſumtus erogati, periit, nihil ſuper- ſt, qvod poſſit retineri. Conf. Ludw. *Diſſ. 4. ad Inſt. b. 8. lit. 6.* (2) deficit hoc caſu fundamentum dedu- ionis ſupra inſinuatum, ne ſe petitor cum alterius amno locupletetur, qvod fieri non poteſt re peremta. liud fas eſt obtinere; ſi poſt poſſeſſoris moram ejusq; olo & culpa res pereat. Tunc enim, ſi petitor æſti- ationem rei ſuæ poſtulet, impenſas neceſſarias utiqve :ducit poſſeſſor Obrecht. *d. l. Th. 149.* Thomaſ. ad :rauch. *Diſſ. 18.* & hoc, qvamvis Dominus easdem npenſas facturus non fuiſſet. Itaq; impenſæ neceſ- riæ re peremta poſſeſſori regulariter non reſtituun- r. Nec obſtat *l. 38. ff. de hered. pet.* ad qvam contra- ım ſentientes provoçant. Nam præterqvam qvod aber *ad d. l. 38.* velit textum a Triboniano corruptum ſe, (qvod tamen non largimur facile) diſtingven- ım inter judicia univerſalia & ſingularia. Ratio item cur in judicio univerſali etiam re perdita reſtitu- dæ impenſæ, non vero in ſingulari, hæc dari poſſit; vi pro herede poſſidet, reſtituere tenetur fructus nſumtos, qvatenus illis factus eſt locupletior *l. 25. 11. ff. de hered. pet.* Qvi autem titulo ſingulari poſſi- t, illos qvos conſumſit lucratur: Videtur itaqve ſſidenti pro herede illud qvaſi redhoſtimenti loco

con-

Digitized by Google

conceſſum eſſe; add. Peretz *tit. C. de R. Vind. num. 28.* Conſ. Strauch. *Diſſ. J. U. 10. Aph. 1. ibi: hereditas autem ut augmentum &c.* Ex jam dictis manifeſtum qvoq; eſt, neceſſarias impenſas pluris non æſtimari qvam qvanti ſunt eo tempore, qvo res vindicatur, qvia ſic impendens ſuum recipit & petitor tantum ſolvit, qvantum invenit. imo iniqvitatem ſaperet, poſſeſſorem fructus conſumtos lucrari & tamen omnes impenſas, qvas forte ante 20. annos fecit recuperare. Faber. *ad d. l. 38. verſ. plane poteſt.* Sed qvid ſi plus pretio rei acceſsit, qvam neceſſario in illam impenſum eſt e. g. mille impendit ſed per meliorationem prædium bis mille pluris qvam ante valet, qvantum hoc caſu recipiet b. f. poſſeſſor? Videtur dicendum, petitorem tantum refundere debere qvantum pretio rei acceſsit, qvia in tantum factus eſt locupletior. Sed amplectimur tamen contrarium, non enim petitor cum damno poſſeſſoris locupletior fit, qvod tamen leges reqvirunt, ſiqvidem poſſeſſori id refundit, qvod ab eo revera in rem collatum eſt.

THES. XI.

Ceterum paupertas petitoris non impedit, qvo minus poſſeſſori libera ſit deductio impenſarum neceſſariarum. *arg. l. 8. ff. de impenſ. in rem dot*, ubi nec mulier abſolvitur à reſtitutione ejusmodi impenſarum, ut hinc leges, qvæ maxime favent cauſis dotalibus erga alios mitiores eſſe non posſint videri. *ad d. l. 38. ff. de R. V.* Agnoſcimus tamen, judicem bonum & æqvum aliter ex perſonæ & cauſæ qvalitate interdum poſſe pronunciare, imprimis ſi impenſæ in rem voluptariam neceſſario factæ, qvarum, qvamvis ut ſupra diximus neceſſariæ ſint, deductionem, ſi judex non permittat, hoc benigna juris interpretatione facere poteſt ob rationes ceſſantes,

Digitized by Google

ſantes, qvibus adverſus pauperes deductio impenſarum defenditur. Conf. Faber *ad l. ff. de R. Vind. verſ. finge pauperem.*

THES. XII.

Sed hæc qvæ de deductione impenſarum neceſſariarum allata ſunt, fallunt, ſi ad qvantitatem illarum inte litem conteſtatam fructus percepti ſint, qvo caſu mpenſæ cum fructibus compenſantur, vel ſi fructuum ummam excedant, admiſſa compenſatione ſuperfluum ımtuum, meliore prædio facto, Dominus reſtituere ogitur. *l. 48. ff. de R. Vind.*

THES. XIII.

Utiles impenſas etiam regulariter deducit b. f. poſſor *l. 38. ff. de R. Vind.* idq́ exceptione doli mali *l. 7. 12. ff. de A. R. D. §. 30. J. de R. D.* qvia alias petitor cum ımno alterius fieret locupletior. Nec illarum repeti-›nem excludit fructuum paucitas. Non enim ad ius, vel alterius anni ubertatem menſurandæ impen-, qvæ perpetuam utilitatem reſpiciunt aut præſtant ev. *Part. I. Deciſ. CX.* ſed non aliter eas deducit, am ſi res, in qvam factæ, adhuc exſtet *per l. 38. ff. de V.* & illas tantum deducit, qvas revera impendit *l. 38.* & licet plus impendit, non amplius deducit, am in qvantum res melior & pretioſior facta. *d. l. 38.* . Mev. *P. III. D. 4. n. 1. 2. 3.* Diximus regulariter b. f. p. ducere utiles impenſas. Excipitur enim (1) caſus in *38.* qvando petitor pauper, ita ut vendere debeat n, petitam, ſi ſumtus ſolvendi, hoc enim caſu eos tann tollere poteſt & qvidem ita, ut prior ſtatus rei non tetur in deterius ablatione impenſarum *d. l. 38.* qvo cinet elegans textus *l. 22. C. de Admin. Tut. & 35. ff. inor.* valde lugubre eſſe alienare domum, in qva

pater

Digitized by Google

pater defecit, major crevit & in ea non videre imagines majorum ſixas, aut avulſas videre Qvod tamen fallit (1) ſi b. f. p. probare posſit, Dominum easdem impenſas brevi facturum fuiſſe, *l. 3. §. 4. ff. de in rem verſ.* Donell. *Comm. J. C. l. 20. c. 7.* Struv. *S. J. C. Ex. 2. th. 34.* cum hoc caſu impendens Domini gesſit negotium. (2) Si impenſæ in res promercales collatæ ſunt *l. 10. ff. de imp. in rem dot.* & poſſeſſor probare posſit qvod Dominus brevi eam rem venditurus fuiſſet. *l. 28. 29. circa fin. ff. de Rei Vind. d. l. 10. de imp.* Conf. Petr. Muller *ad Struv. Synt. Ex. 11. th. 34. lit. V.* Præprimis autem videndum an id qvod tolli debet, jure vel per rerum naturam tolli posſit: Nonnulla enim L. XII. tab. tolli prohibentur. e. g. tignum ædibus alienis junctum, nonnulla per rerum naturam tolli neqveunt; exemplum habetur *in l. 27. ſ. ff. de R. Vind.* Qvando autem dives eſt petitor ad tollendas utiles impenſas cogi non poteſt poſſeſſor. Faber *ad d. l. 38. verſ. finge Dominum eadem facturum.*

THES. XIV.

Voluptuarias impenſas b. f. poſſeſſor utut in judicio univerſali deducat, *l. 39. ff. de pet. hered.* in judicio tamen ſingulari tollit, *l. 9. ff. de impenſ. in rem dot.* qvicqvid contradicat *Peretz tit. de R. Vind. n. 29. & Ludw. Diſſ. ad Inſt. 4. th. 8. lit. 6.* niſi vel (1) ipſe petitor eas facturus fuisſet, vel (2) res in qvam factæ, ſit promercalis *l. 10. de Impenſ.* qvo caſu utilium loco ſunt Hopp. *ad Inſt. p. 285.* Supponitur verò ſemper, ſi tollere velit posſesſor impenſas, eas (1) esſe ſeparabiles, *l. 27. §. ſ. ff. de R. V.* (2) ita fieri debere ſeparationem ne priſtino ſtatui rei detrimentum inferatur, *l. 39. §. 1. ff. de her. pet.* (3) ut impenſæ ablatæ adhuc aliqvo modo utiles ſint posſesſori *l. 38. ff. de R. Vind.* qvod vulgo notum. Et

in genere

Digitized by Google

in genere, qvoties jus tollendi locum modo habet, petitor offerre poteſt, qvod habiturus fuiſſet poſſeſſor re ablata. *d. l. 38.* qvam tamen legem iniqvam putat Faber ad eandem. Bachov. *ad §. 23. Inſt. de R. D.*

THES. XV.

Satis dictum ſit de b. f poſſeſſore. Qvoad m. f. poſſ. variæ occurrunt in hac materia DD. opiniones. Alii diſtingvunt inter æqvitatem & jus ſtrictum, alii aliter. Breviter nos: Etiam malæ f. poſſeſſor, niſi fur ſit, neceſſarias impenſas deducit modo ſupra expoſito. Struv. *S. J. C. Ex. 11. th. 31.* Schnobel. *Diſp. ad ff. 5. Theſ. 26. & ib.* Beier. *Diſſentit* Treutler. *Vol. 1. Diſp. 14. th. 19. lit. C.* ſed refutatus à Bachov. ad verba: *ſed exceptione doli mali nunqvam utatur.* Cauſa enim impendendi non perſona attenditur, nec æqvitas mala f. poſſeſſoris mutatur *l. 5. §. 1. C. de R. Vind. l. 36. §. f. ff. & l. 38. ff. de pet. hered.* Hillig. *in Donell. enuc. c. 7. lit. F.* Inconveniens ſane diſtinctio Fabri *ad l. 38. ff. de pet. her.* inter prædonem & ſimplicem m. f. poſſeſſorem. Illum dicit deducere impenſas neceſſarias & tollere utiles juxta *l. 5. C. de R. V.* Hunc neq; illas deducere (imò ne tollere qvidem) neq; has tollere ſtatuit, qvia leges ubi de facultate vel deducendi, vel tollendi impenſas agunt, ſemper loqvuntur de prædone, Ex. gr. *in l. 38. de her. pet. & in l. 5. C. de R. V.* econtra autem LL. in qvibus denegatur illa facultas, agunt de malæ f. poſſeſſore v. *l. 27. §. 28. ff. ad L. Aqvil. l. 7. §. 2. ff. de A. R. D.* Rationem diverſitatis affert absqve ratione, præſumi ſc. in m. f. poſſeſſore ſimplici animum donandi *dd. tt. & §. 30. J. de Rer. Div.* non autem in prædone, cum nihil animo donandi magis contrarium ſit, qvam animus deprædandi. Verum hic inſigniter lapſus eſt Vir cete-

Digitized by Google

roqvin acutisſimus. Nam qvod rem ipſam attinet non magis animum donandi habet m. f. posſesſor, qvam prædo, qvia & ille posſidet rem animo ſibi habendi coq; animo facit impenſas. Qvando autem præſumitur animus donandi, hoc fit à Lege. Cur autem magis in m. f. Posſ. jus debeat præſumere animum donandi, qvam in prædone, cum neuter in rei veritate animum donandi habeat. Ratio nulla dari poteſt. Imo in prædone magis ejusmodi animus præſumendus videtur. Raptor enim, qvi in hac juris materia ſub prædonis appellatione continetur *l. 13. pr. ff. de hered. petit.* nullam ſpem rem retinendi habere poteſt, utpote qvi ſine mora eam reſtituere tenetur ſi itaqve in rem vi ablatam nihilominus faciat impenſas, qvod animo donandi eas fecisſet non ſine cauſa præſumi posſet. Aſt malæ f. posſ. adhuc ſpem retinendi habere poteſt. Nam licet m. f. impediat uſucapionem, difficilior tamen longe probatio eſt m. fidei, qvam violentæ ablationis. Accedit qvod jus ita præſumit ob culpam m. f. poſſeſſoris, qvod ſcil. temere in eo ſolo, vel in illud impenſas fecerit, qvod intelligebat alienum eſſe vid. *ſ. 30. J. de R. D.* Jam autem major eſt longe culpa & temeritas prædonis, ut proinde locum in eo habere præſumtionem donandi fas juſtumqve ſit, cum habeat in ſimplici m. f. posſesſore. Textus qvibus nititur Faber minus dextra interpretatione ab illo explicantur. Qvis enim non videt, in omnibus illis deciſum eſſe caſum, de qvo major erat dubitandi ratio, qvod cum inſpicienti cuivis ultro pateat, non opus eſt diutius nunc circa illos vindicandos occupari. Et adeo verum eſt, m. f. posſesſorem neceſſarias impenſas deducere, ut hoc ipſi liceat, etiamſi Dominus, ne face-

ret,

ret, denunciaverit. Nam & hoc caſu contra bonam fidem ageret petitor, ſi rem vindicet, impenſas vero per qvas res conſervata, reſtituere nolit. Conf. Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. D. 20. th. 6. lit. B. verb. niſi Dominus denuntiaverit.* Qvando autem de utilibus & voluptuariis impenſis eſt qvæſtio, denuntiatio Domini ne fiant, earum impedit repetitionem. Brunnm. *Cent. 4. Deciſ. 9.* Neqve impendens hic aliqva neceſſitatis ratione ſe excuſare poteſt. Nihil enim juris in re habet & ideo nec invito Domino jus aliqvid impendendi Mev. *Part. III. Deciſ. CXIX. n. 2.* Et hoc qvoad impenſas neceſſarias ita expreſſe deciſum habemus jure Codicis (in ff. nullibi eqvidem in hoc ſingulari judicio jus deducendi impenſas neceſſarias negatur, neqve tamen expreſſe, qvantum ſcio conceditur) *in L. 5. C. de R. V.*

Thes. XVI.

Ab hac Regula autem, ſcilicet, qvod m. f. poſſeſſor recipiat impenſas neceſſ. excipitur (1) caſus, ſi aliqvis fundum rei privatæ emat & Principi canonem intervertere intendat *per l. fin. C. de fundo rei priv. ibiqve* Brunnem. *ubi num. fin.* addit, qvod feudo ob culpam Vaſalli amiſſo etiam amittantur meliorationes feudo cohærentes, qvia & Emphiteuta, à qvo ad Vaſallum argumentari liceat, Everhard. *Topic. Legal. Loc. 30.* qvando ob culpam Emphyteuſis privatur meliorationes non recipit *L. 2. C. de J. Emphyt.* Verum cum diverſa hoc caſu ſit ratio Emphyteuſeos & feudi Struv. *Synt. J. F. c. 15. th. 16. n. 1. in fin.* argumentum ab Emphyteuſi ad feudum non procedet Everhard. *d. l. n. fin.* Nec ſatis æqvum videtur, impenſas, qvarum alias & in perſona prædonis habetur ratio, ante feloniam coommiſſam b. f. factas, Domino, Lege expreſſa deficiente adjudicare.

dicare. Accedit, qvod non ex neceſſitate, ſed tantum ex congruitate & probabilitate Deciſio juris Civil. ad caſum Juris feudalis hic extenderetur; In odioſis autem extenſio congruitatis locum non habet Franzk. *ad tit. ff. de LL. n. 51.* hæc obiter. (2) Valet deductio in m. f. poſſeſſore ſi res tempore reſtitutionis extet & ex factis impenſis melior facta. Strauch. *Diſſ. Jur. Un. 18. th. 1. in med. & ib.* Thomaſ. *in Annot.* Alioqvin ſi eventum non habuerint impenſæ, his carere tenetur impendens *per l. 38. de pet. her.* qvia m. f. poſſeſſor veluti prædo alienis rebus incumbit *l. 13. §. 15. ff. de ſuſp. tutor.* prædo autem, ſi in rem meam impenderit, non in id, qvod ei abeſt, ſed in id, qvod ego locupletior factus ſum me obligatum habet. Conf. Thomaſ. ad Strauch. *ſupr. cit. l. ad verba: hac tamen differentia.* Struv. *Ex. 10. Th. 62. & Exer. 2. Th. 31.* (3) ſi non ſit fur aut violentus poſſeſſor Hopp. *d. l. p. 254.* Schnobel. *& ibid.* Beier. *ad verba: niſi fur.*

Thes. XVII.

Sed qværitur, an m. f. poſſeſſor impenſas neceſſarias ſibi ſervet per exceptionem doli? Negat Faber ad *l. 38. ff. de hered. petit. in pr. & pag. 333.* Contra affirmant Peretz *tit. C. de R. Vind. n. 26. &* Ludw. *Diſſ. 4. ad J. Th. 8. l. 1.* in qvorum ſententiam etiam Faber. *d. l. p. nimirum 333. in f.* denique tranſit verbis: *qvorum nomine ſi qvis &c.* Conf. Bachov. ad Treutl. *Vol. 1. Diſſ. 14. Theſ. 19. lit. C.* Sed an prædoni qvoqve ſicut malæ f. poſſeſſori jus deducendi neceſſarias impenſas concedendum qværitur? Faber *all. loc.* prædoni illam concedit facultatem, nixus *l. 5. C. de R. Vind.* ſed pro negativa provocamus ad *l. 1. C. de Infant. expoſ.* ubi fur impenſas neceſſarias in infantem ſurreptam factas deducere prohibetur usqve adeo, etiamſi infans, poſtqvam cura & ſumtibus furis

ado.

adolevit moriatur, fur non tenatur ad æſtimationem infantis ſed adoleſcentis *l.13. de condict. furt.* vel ſi educato jam infante conveniatur actione furti, dupli teneatur tanti, qvanti unqvam plurimi apud eum fuit *l. 67. §. 2. ff. de furt.* Fur enim in perpetua mora eſt & perpetua contrectatione qvotidie furtum facere intelligitur. Ludw. *Diſp. ad J. 4. Tb. 8. lit. C.* concedit qvoqve furi poteſtatem deducendi impenſas neceſſarias, qvia illud prædoni liceat. Verum hæc ejus ſententia, qvod pace tanti Viri dixerim Legibus expresſis contrariatur Peretz *ad C. de R. Vind. n. 26.* concedit eqvidem furi non competere jus deducendi impenſas neceſſarias, ſed ratio qvam ſubjicit non ſatis idonea eſt. Dicit enim has impenſas deduci non poſſe, qvia non ſint in rerum natura, neqve infans illis pretioſior factus, neq; tales ſunt, qvæ abradi poſſunt. (1) enim negat non neganda; ſcil. has impenſas non eſſe in rerum natura. Conſtat n. ex *l. 1. C. de infant. exp.* alium qvam furem illas impenſas deducere poſſe qvod tamen neutiqvam liceret, ſi illæ impenſæ non amplius eſſent in rerum natura. (2) confundit non confundenda; Sermo enim hic nobis eſt de impenſis neceſſariis: ubi non qværitur, an res per illas pretioſior facta, ſed modo, an conſervata ſit. Qvanqvam etiam negari non posſit, qvod infans ſumtibus furis, pretioſior factus ſit, qvia pluris æſtimatur adoleſcens, qvam infans. Deinde qvando de neceſſariis impenſis ſermo eſt, non ſumus ſoliciti an impenſæ tolli & abradi poſint, qvia hic de deductione qværimus, qvæ locum habet, ſive ſeparari posſint impenſæ ſive non. Faber ſuccurrere qvidem vult furi, facta differentia inter illum & prædonem, qvod hic aperta violentia, ille clandeſtina fraude utatur & putat *in l. f.*

Digitized by Google

ff. de Ritu Nupt. melioris conditionis haberi qvi palam, qvam qvi ſecreto ſcelus patrauerit. Sed non tam falli videtur qvam ſe ipſum fallere Faber. Qvi enim mitius velle agere Lex præſumi poſſit cum eo, qvi profligato omni pudore & beſtiali feritate, qvam qvi timide & in tenebris nocet? *l. 2. §. 24. ff. de vi bonor. rapt.* In allegata enim lege non aliud latet argumentum, qvam qvi male palam agat, id ex ignorantia probabiliter facere, niſi aliud ex circumſtantiis appareat, qvæ utiqve in prædone deſtinatum conſilium arguunt. Dicendum itaqve, qvod non prædoni cuicunq; facultas deducendi impenſas neceſſarias competat. Qvæ ſententia eſt Hahnii ad Weſenb. *t. de R. V. n. 7. verbo impenſas.* Ubi furi, raptori, & violento invaſori illam licentiam denegat. Et uti qvoad furem res caret dubio per *d. l. 1. C. vid. ſupr.* ſic qvoq; in perſona raptoris idem ſine hæſitatione admittendum videtur. Nam qvicqvid de fure ſimplici leges ſtatuunt, in raptore tanqvam fure improbiore non poteſt non habere locum *arg. pr. J. de vi bon. rapt.* & per conſeqvens neqve violentus invaſor, utpote qvi hoc caſu nullum conſecutus eſt privilegium, neqve mitius peccat, hanc licentiam habebit. Conf. Bachov. ad Treutl. *Vol. 2. Diſp. 20. th. 6. lit. b.* Nihil contra nos facit *l. 5. C. d. R. V.* ibi: *injuria occupatam.* Nam non ſeqvitur: Injuria aliqvis occupat domum alienam, ergo eſt violentus invaſor. Hoc tamen ex allegato textu interim probari poſſe videtur, non ſolum illum qvi mala fide nec tamen ſine titulo ſibi comparat rem alienam, ſed & eum, qvi ſine titulo occupat (ſed tamen etiam ſine violentia) habere poteſtatem deducendi impenſas neceſſarias, ita tamen, ut ante monitum, ſi res adhuc extent & impenſæ durent.

Thes. XVIII.

Digitized by Google

Thes. XVIII.

Tantum qvoqve de neceſſariis impenſis. Utiles qvod attinet ſalva res eſt, malæ f. poſſeſſorem eas deducere non poſſe. vid. Vinn. *Lib. 1. Select. Q. Cap. 24.* ut potius eas Domino rei donaſſe cenſeatur *l. 37. ff. de her. pet. l. 5. C. R. V. §. 30. J. de R. D. l. 7. §. 12. ff. de A. R. D.* At donanti nulla repetitio eſt *l. 53. ff. de R. J. §. 2. J. de Donat. l. 6. cum ſeq. C. de condict. ob cauſ.* ſed fallit hoc ubi probabilis conjectura occurrat, ob qvam videri poſſeſſor poſſit, licet ſciens non tamen donandi animo impenſas feciſſe. e. gr. (1) ſi eas qvoq; Dominus facturus fuiſſet *arg. l. 38. pr. ff. de R. Vind.* (2) ſi anteqvam impenderet denuntiaverit Domino, ut ageret, isqve diſſimulaverit donec impenſæ factæ ſint *l. 38. ff. de R. Vind.* ſi poſſeſſor hæreditatis in rem hereditariam impenderit *l. 38. 39. ff. de her. pet.* & melior ad huc extiterit Hopp. *d. l. p. 285.* Qvas enim impenſas m. f. poſſeſſor facit *Domino ipſius rei* donaſſe dicitur. At qvi hereditatem petit, licet heres ſit, continuo tamen rerum hereditariarum Dominus non eſt, cum fieri poſſit, ut defunctus earum Dominus non fuerit ac proinde poſſeſſori objicere petitor neqvit qvod impenſas ſibi tanqvam Domino donatas voluerit. Garſias *de Expenſ. Cap. V. n. 4. ſeq.* Frantzk. *de R. Vind. in Comm. ad ff. n. 90.* Qvamvis mihi ſuſpecta ſit hæc differentia & magis ſubtilitas Juris Civilis, qvam maſcula interpretatio eam ſuppeditaſſe videatur.

Thes. XIX.

Sed an tollere qvoq; liceat m. f. poſſeſſori, qvod in rem alienam utiliter impendit? ℞. affirmando per expreſſam *l. 5. C. de R. Vind.* ubi aperte dicitur, licere malæ f. poſſeſſori ſine læſione prioris ſtatus auferre ſumtus

utiles. Vinn. *l. 1. ſel. qvæſt. c. 24.* Peretz *tit. C. de R. V. n. 27.* Hahn. ad Weſenb. *eod. tit. n. 7.* Frantzk. *d. l. n. 90. & 91.* Contra nos facere videtur *l. 7. §. 12. ff. de Acqv. R. D.* ubi ſciens ſe facere impenſas in rem alienam utiles ne qvidem tollere poſſe dicitur, qvia proprietatem illius qvod impenſum ſua voluntate amiſiſſe intelligitur. *d. text.* præſumitur enim animus donandi. Sed ſufficit diluendæ difficultati limitatio Vinn. *d. l. qv. 24.* ubi dicit, præſumere jus animum donandi ad impediendam retentionem & excludendam exceptionem doli mali *§. 30. J. d. R. D.* non autem qvoad ablationem, qvatenus ſine læſione prioris ſtatus fieri posſit. Qvæ ejus explicatio ſi ex mente Vinnii uberius deducatur plane ſufficit, negotio componendo. Diximus ſupra, qvod m. f. poſſeſſor, qvi ſuis, ſumtibus alienum conſevit agrum, illorum nomine, ſi ager deinde vindicetur, nihil deducere posſit. Sed qværitur an ſumtus in colendum agrum factos tollere posſit? *Aff. Ludw. ad §. 33. J. de R. D.* niſi Dominus fundi pretium ſeminis & impenſas refundere paratus ſit. Verum hoc tantum procedit, qvando maturis, ſed nondum perceptis fructibus fundum reſtituere debet. Qvando verò eo tempore, qvo fundus reſtituendus eſt, fructus adhuc immaturi ſunt, neqve per ablationem has impenſas ſibi ſervare poteſt. Fructus enim immaturi qvando decerpuntur, nihil lucri inde fert poſſeſſor, ergo nec tollere & auferre eas poteſt. Harpr. *ad §. 30. J. de R. D.*

Thes. XX.

Reſtant impenſæ voluptuariæ: Has deducendi facultatem non habere m. f. poſſeſſorem, plane conſtat, cum & utiles modo tollere, non deducere posſit.

Digitized by Google

ſit. An autem jus eas tollendi habeat, non ſatis expeditum eſt. Faber *ad l. 38. de hered. pet.* & hoc ei competere negat *arg. l. 5. C. de R. Vind.* ubi malæ fidei poſſeſſori conceditur ſaltem facultas tollendi utiles impenſas, voluptuariarum autem nulla fit mentio, ſed alii econtra etiam harum reſpectu id ei concedunt. vid. Peretz *ad tit. C. de R. Vind. n. 29.* Frantzk. *ad ff. d. t. n. 96.* Duo enim hic qvaſi ſunt extrema, qvod res eſt conſervata per expenſas & qvod non eſt conſervata. Illo caſu omnimodo præſtare impenſas cogitur petitor: hoc vero caſu ex ſumma ratione juris non cogitur, qvoniam impenſæ non faciunt, ut rem actor habere poſſit. Sicut autem non habet hic reus qvo actorem ad præſtationem impenſarum urgeat, ita ex adverſo nihil habet actor, qvod conqveratur, ſi rem, qvalis antea fuit, conſeqvatur, neq; auditur, ſi cum aliena jactura velit locupletari. Qvæ ratio ſummæ æqvitatis induxit jus tollendi impenſas, qvatenus ſalva re detractio & ſublatio fieri poteſt. Hæc eadem ratio & æqvaliter militat ſive de impenſis utilibus ſive voluptuariis qværatur.

THES. XXI.

Ex dictis jam patet qvomodo impenſæ in rem alienam factæ, qvamdiu is, qvi eas impendit, rem poſſidet, ſervare poſſit. Reſtat jam exponere paucis, qvid juris ſit, ſi impendens rem in qvam impenſæ factæ non amplius poſſideat & num ne ei, qvi non deductis vel ablatis impenſis rem reſtituit, actio vel remedium qvoddam competat, qvo earum reſtitutionem conſeqvi poſſit. Et ſi nunqvam alibi DD. circa hanc qvæſtionem qvam maxime in diverſum abeunt. Alii ſimpliciter negant: Alii diſtingunt inter bonæ & m. f. poſſeſſorem, alii inter-

inter veritatem juris & qvod in praxi obtinet, alii aliter: Negantes provocant ad juris expreſſos textus imprimis ad *l. 14. ff. de doli & mali exc.* ubi JCtus Paulus reſpondet, eum qvi in alieno ſolo adificium extruxit, non alias ſumtus conſeqvi poſſe qvam ſi posſideat & Dominus ſoli rem vindicet, ſc. oppoſita doli m. exceptione, qvæ etiam Juliani ſententia eſt *l. 33. ff. de condict. indeb.* Qvi in aliena area ædificavit nullo alio modo qvam per retentionem impenſas ſervare poteſt & Papiniani in *l. 48. de R. Vind.* ibi: *neqve à Domino peti poſſunt.* it. Caji in *l. 6. §. 12. ff. de A. R. D. & Imp. Juſtinian. §. 30. J. de R. D. ibi*: ſi in poſſesſione conſtituto ædificatore ſoli Dominus petat domum, nec ſolvat pretium materiæ & mercedes fabrorum, poſſe eum per exceptionem doli m. repelli qvo ſpectat & Pomponii reſponſum *l. 51. ff. de condict. indeb.* ubi expreſſe ait: ex qvibus cauſis retentionem qvidem habemus, petitionem non habemus, ea ſi ſolverimus, repetere non posſumus. Cum vero posſeſſori uti ex jam citatis LL. patet ob impenſas, qvæ Domino rei ſecundum juris rationem (omne enim qvod rei impenditur acceſsſionis vice & naturali ratione Domino rei acqviritur. Frantzk. *Ex. 4. Qv. 5. n. 2. in fin.*) acqviruntur, retentio tantum per exceptionem & qvidem ex æqvitate conceſſa eſt, & retinere commodum poſſesſionis eſt, ſeqvitur omnino, hac amiſſa, pro conſeqvendis impenſis, nullum aliud remedium ei qvi non posſidet, competere, idq; porro ideo, qvia hic cauſa & fundamentum actionis in qvo actio radicatur, deficit. Petr. Muller. ad Struv. *Synt. Exerc. 2. Theſ. 36. lit. X.* Et licet hic aliqva ſubſit naturalis obligatio, ſola tamen hæc actionem non producit, niſi jure civili vel prætorio adjuvetur. Vinn. *ad §. 30. J. de R. D.* Accedit,

qvod

qvod ſibi debeat poſſeſſor imputare qvod non ſolicitus fuerit in retinendo & expenſas non ante deduxerit, qvas deducere vel tollere potuiſſet. Struv. *in Tr. de ædificiis priv. Theſ. 38.* & *in Synt. J. Exerc. 11. th. 36. ib.* Petr. Müller. *in annot. lit. A.* Conf. *Vin. d. l. ad cit. §. 30. J. de R. D.* Idem *Lib. I. ſelect. Qv. qv. 14.* ubi per inductionem demonſtrat pro repetendis vel conſeqvendis expenſis non poſſidenti nullam competere actionem. Conf. Ungepaur *Ex. 5. Qv. 8.* Schieſſordeg. *diſc. for. ad Anton. Fab. 2. Tr. 12. per tit.* Strauch. *cit. Diſſ. 18. th. 1. in med.* Et licet hoc per ſe & per rationes juris veriſſimum, non deſunt tamen, qvi contrarium & affirmativam defendere volunt, inter qvos agmen qvaſi ducit vetus Gloſſator Martius, qvem ſecutus eſt Gœd. *ad l. 79. ff. d. Verb. Sign.* Jacob Mæſtertius in ſede illuſtr. *mater p. 291.* ad æqvitatem imprimis provocantes, & modo utilem negotior. geſt actionem *l. 14. §. 2. ff. comm. div.* qvod vulgo DD. volunt. modo condictionem incerti (poſſeſſionis) *l. 14. §. 1. ff. de condict. indeb.* qvæ ſententia Cujacii eſt, uti refert Georg. Frantz. *Ex. 4. qv. 5. n. 5.* concedentes: Alii autem diſtingvunt, num poſſeſſor ſciens, num per errorem rem Domino non deductis expenſis reſtituerit, & hoc caſu competere condictionem indebiti, illo actionem in factum *l. 23. §. 5. ff. verſ. ideoq; ff. de R. V.* aſſerere non dubitant. Qvæ enim inqviunt retentionis & detractionis æqvitas, eadem & harum actionum, cum mediorum diverſitas qvibus qvis utitur, ut ſuum conſeqvatur, diverſitatem juſtitiæ æqvitatisve ex qva qvis agit non inducant (2) adducunt, novum non eſſe, ut ex æqvitate utilis actio detur in caſu, ubi ex Regula juris ſive juris ſcripti principiis actio ſimpliciter denegatur. *l. 14. §. 1. ff. commun. div. l. 49. ff. fam.*

heriſc.

hercisc. l. 14. §. 11. de Relig. & ſumt. fun. Locam *qq. juſt. 139.* & deniq; (3) urgent, qvod impenſæ indebite videantur præſtitæ adeoq; condicendæ ſunt. *l. 1. §. 1. l. 19. §. 1. l. 22.* leges qvodq; de aliis caſibus loqvantur ſatis ſuperq; *23. fin ff. de condict. indeb.* Cum tamen ad has rationes & reſponſum à Vinnio *ſupr. cit. loc.* it. à Struv. *in Evol.* Controv. *Ex. 11. th. 36.* it. à Georg. Frantzk. *Ex. 4. th. 5.* & noviſſime Petro Muller. ſupra *alleg. l. ad Synt. Struv. in Annot. lit. γ & δ.* ut ea hic repetere ſupervacuum duxerim. Ceterum utut prior negativa ſententia de jure verior, inficiari tamen non poſſum, qvin Martini ſententia ut æqvior in foro obtineat atqve prævaleat, prout poſt Molinæ. *ad Conſue. Pariſ. tit. 1. §. 1.* Gloſſa *5. num. 104.* Garſiam *de Expenſ. Cap. I. n. 24.* & *C. 7. per tot.* teſtantur Struv. *ſupr. cit. loc. theſ. 36. & ib. cit. DD.* Add. Vinn. *Quæſt. 24. circa fin.* Paul. Voet. ad *§. 30. 31. Inſtit. de Rer. Div.* Huber. *ad Inſtit. cit. tit. 1. l. 2. pag. 459.* Schilter. *in Praxi Jur. Com. in for. Germ. ſ. ad ff. Ex. 16. Th. 57.*

TANTUM.

COROL-

Digitized by Google

COROLLARIA EX JURE FEUDALI.

I.

PEcunia vel alia res mobilis in feudum recte datur.

II.

Idem ſimul poteſt eſſe Vaſallus & Dominus reſpectu ejusdem feudi.

III.

Falſum eſt tritum illud: Der Krumb-Stab ſchleußt niemand aus: Neqve feuda Eccleſiaſtica ad fœminas tranſeunt.

IV.

Pecunia ex feudo vendito redacta imo ad feudum emendum deſtinata allodialis eſt.

V.

Theſaurus in feudali fundo repertus non eſt Vaſalli neqve Domini.

VI.

Mutus & ſurdus infeudant, non furioſus & prodigus.

VII.

Ruſticus poteſt feudum dare it. Fœmina.

VIII.

Filiusfam. ejus qvod ex feudo accepit uſumfr. patri non acqvirit.

IX.

Teſtamentaria ſucceſſio in feudo regulariter nulla

Digitized by Google

nulla eſt, etiamſi Principis autoritate confirmetur, vel etiam Dominus feudi in eam conſentiat.

X.

Pater Vaſallus non poteſt feudum novum teſtamento relinqvere & conſentiente Domino in eo ut filii ſui ineqvaliter ſuccedant per praeceptionem, ſeu prælegatum ordinare.

XI.

Filius exheredatus in feudo ſuccedit.

XII.

Clericus qvamvis per ſubſtitutum ſervire velit, ad ſucceſſionem feudi non admittitur.

XIII.

Fœminæ non ſuccedunt in feudo emto neqve illis Dominus, ſi feudum ad eum revertitur pretium, qvod pater ſolvit, reddit.

XIV.

Aſcendentium ſucceſſio in J. F. nulla eſt: Patri tamen feudum filiis refutanti regreſſio datur.

XV.

Subinfeudatio pro pecunia facta non eſt invalida.

XVI.

Vaſallus Dominum inopem alere tenetur.

ROMA
[…]RIO EMANU[…]

Digitized by Google